

te, sed de licentia: & reprobovimus contrarium tenentes. Ad confirmationem constat ex dictis no. 89. ubi eam doctrinam approbavimus, & ostendimus esse conformem nostrae sententiae. Ad 2. dic nos non asserere has dispensationes esse perpetuas ratione modo concedendi ex parte dantis. Nam sic deberent finire morte, utpote nomine persona concessae. Sed asserimus eas esse perpetuas, quia sunt gratiae factae, & absque temporis limitatione. In hoc casu perpetuae sunt, quavis nomine personae concedantur. Ad ultimum dic, eam esse jurisdictionem contentiosam inter partes: & ideo cessare morte concedentis re integra.

DISPUTATIO XXIX.

An dispensationes, & ceterae gratiarum litterae expirent, si nondum litteris expeditis obeat concedens, atque ad sui valorem scriptura indigeant?

SUMMARIUM.

- Proponuntur probantia exigi scripturam ad valorem gratiae, num. 1. Non est necessaria scriptura ad substantiam gratiae, 2. Nec expirat mortuo Pontifice ante litteras expeditas, 3. Fas est in foro conscientiae ea uti ante expeditas litteras, 4. An possit solvi & recipi pensio litteris non expeditis, 5. An gratia habens annexam jurisdictionem valeat, nec expiret ob concedentis mortem ante litteras concessas, 6. Quid, si illa gratia esset ad aliquid faciendum, ut ad teandum, an ante litteras expeditas morientem concedente expiret, 7. An ad probationem gratiae semper exigatur scriptura, 8. An dispensare suffragetur in foro externo litteris non expeditis: & quando expeditur, suffragetur ex tunc, an potius a tempore concessionis licet capio jam iudicio litterae impetrentur, 9. An litterae concedentes jurisdictionem iudici exigantur ante iudicii initium ut id valeat, 10. Solvuntur argumenta, 11.

ET quidem videtur necessaria scriptura ad gratiae valorem. Quod per litterarum expeditionem detur forma, & tua perfectio gratiae: atque adeo dicitur informis & imperfecta: & ad hoc probandum asserunt multa Lud. Gomez regula Cancellariae de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 1. n. 2. & seq. Molina lib. 2. de primogenitiis, c. 7. n. 53. & 54. & docent Decius rubr. de constit. in 2. lectura, n. 16. & ibi alius titulus num. 6. Stapibulus de litteris gratiae, in principio precludit, num. 11. Flaminius de resignat. benef. h. 10. q. 1. num. 7. & seq. Secundo, ex regula Cancellariae 53. quae apud Rebuffum in praxi benef. ubi de regulis Cancellariae est 56. ubi disponitur nullam dispensationem suffragari, nisi litteris concessis. Et fortius ex regula Cancellariae 50. Greg. XIII. quae habetur in libro motuum prioriorum, ubi loquens de omnibus concessionibus super gratis dispensationi non quarumcumque, sic ait. Nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio vel extra suffragetur, antequam super ea litterae Apostolicae sint concessae. Ergo in neutro foro valebit antea dispensatio.

Prima tamen conclusio fit. Non est necessaria scriptura ad substantiam, & valorem gratiae: sed statim ac concessa est per verbum fiat, valida est in se, & perfecta quoad substantiam. Ad probationem autem, & ut ex illa agi possit in iudicio, indiget expeditione litterarum. Probatur ex Clem. dudum, v. In quibus per ipsos, de sepult. ibi: Universa privilegia, gratias vel indulgentias, verbo seu scripto, seu quacumque forma Et ex c. institutionis 25. q. 2. quod est ex D. Gregorio Papa, ibi: Sive que scripto decreverimus, sive que in nostra praesentia videntur esse disposita. Secundo, quia gratia est donatio quaedam. Constat autem donationem statim ac fit, esse in se perfectam, instrumentum donationis minime confecto. Et ita hanc tenent gl. d. Clem. dudum, v. Verbo: & ibi Imola n. 51. Anchar. nu. 39. & 40. Card. vers. Nos etenim, notab. 2. Innoc. c. Constitutus, n. 2. sine, de reser. Archid. in proemia sexti, §. n. 2. & ibi Jo. Andr. v. Sacrosanctus, n. 5. & seq. Dominicus, v. Universitatis, num. 4. Francus eod. v. n. 2. idem Card. in proemio Clementinarum, v. Haec sane, num. 3. q. 5. & ibi Bonifacius, s. Nunc igitur, n. 15. & 16. Abb. c. In nostra, num. 11. de reser. Bal. Humanum 8. §. c. de legibus, & l. f. nu. 1. C. de communi for. & l. f. nu. 6. c. sententiam rescindi non posse. Felinus rubrica de constit. n. 5. & ibi Decius in nova edit. in prima lectura, a. 37. ubi que ad 43. Beronius n. 83. Ripa n. 50. Mandosius n. 40. & seq. Bobolus n. 110. Ferrutus n. 18. Ant. de Burgos, n. 144. Rim. n. 120. Alex. conf. 107. n. 4. vol. 7. Gigas de pensionibus, q. 34. nu. 123. & q. 40. nu. 2. & 3. Chassan. in consuetud. Burgundiae rubrica 1. §. 5. n. 180. Parisius conf. 5. n. 60. & conf. 77. n. 12. vol. 4. Cellus conf. 16. n. 6. Bertachinus tr. de Episc. l. 3. p. 1. n. 53. Rebuffus c. Populastri, in gl. v. Retinere n. 21. de cler. excom. minif. & praxi benef. t. de dispens. ad plura beneficia, nu. pen. & 1. Gratia ratione congr. nu. 2. & tit. de signatura gratiae p. 2. 15. & in concordatis, rubrica de mandatis Apostolicis, §. 1. v. Rite raris, Ripa resp. 13. n. 4. de reser. Castellor. in suis decisionibus, tit. De causa possessionis, dec. 4. n. 2. Bart. Soc. conf. 41.

na. 3. vol. 3. Lud. Gom. regula cancellariae de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 1. nu. 8. Stapibulus de litteris gratiae, t. Quibus modis expirent litterae ad beneficia statim in prim. nu. 8. Roia in novissimis, dec. 89. l. 2. dec. 11. l. 3. Rosel. Privilegium, n. 26. & ibi Sylv. q. 14. Arm. n. 10. Tab. q. 10. num. 11. Castillo 41. Tauri, n. 4. & ibi Ant. Gom. nu. 2. Nov. l. 5. conf. in 2. edit. t. de priv. conf. 1. n. 1. & 5. In Lovitium, notab. 26. nu. 6. & c. Accepta oppositio 8. nu. 30. de reser. spol. Bofius in sua practica, tit. de Principe, n. 293. Mol. l. 2. de primogenitiis, c. 7. n. 55. Pelaez de majorat. in prima edit. l. p. q. 62. nu. 1. Mascard. de prob. col. 845. n. 20. Gut. conf. 9. n. 6. Branorus in suo comp. lit. G. v. Gratia periculis, & lit. L. v. Litteras Apostolicas. Azob. l. 5. recop. tit. 7. l. 2. n. 11. & 12. Matosius ead. l. 2. gl. 3. n. 1. Avenda. no. l. 43. Tauri gl. 1. n. 1. Et ex Theologis, P. Molina t. 3. de iustit. disp. 599. n. 1. Grassi t. p. decessum l. 1. cap. 13. nu. 51. Sayro de penitentia, c. 22. n. 3. fine.

Hinc deducitur gratiam non expirare mortuo Pontifice ante expeditionem litterarum. Quod iam perfecte facta est, nilque ad ejus valorem desideratur. Atque ita docent Archid. And. Abb. Dominicus, Francus, Chassan. Bofius, Ros. Sylv. Armilla, Tab. no. praeced. allegati, Baldus l. Humanum 8. §. c. de legibus, D. rui conf. 407. n. 17. v. 3. & c. Relatum, in nova edit. nu. 21. de off. deleg. & rubrica de constitutionibus, in 1. lectura, n. 40. ubi Fel. num. 5. Beronius n. 85. Ripa n. 50. Riminald. n. 129. Mandosius num. 43. h. Bofius n. 111. Ant. de Burgos n. 144. Cacciulupi l. More, nu. 27. ff. de iur. om. iud. Rebuffus praxi benef. t. gratiarum congruit num. 2. idem Sylv. v. Grat. quest. 2. ubi Angelus num. 2. Tab. q. 5. num. 6. Ant. Gomez l. 41. Tauri, num. 2. Navar. §. In Lovitium, notabili 31. nu. 26. Molina l. 2. de prim. c. 7. nu. 57. Gut. q. cau. l. 2. c. 17. num. 4. & q. practica l. 2. q. 75. num. 2. & q. 75. num. 2. Ant. Gabriel t. 3. com. opin. l. 4. de praebendis, concl. 1. nu. 2. Brunor. in suo comp. lit. G. v. Gratia periculis. Azob. l. 5. recop. t. 7. l. 2. num. 7. Avenda. no. l. 43. Tauri gl. 1. nu. 2. & ex Theologis, Mol. Sayro, num. praecedenti allegari. Grassi l. 1. p. dec. l. 1. c. 11. num. 43. Manuel q. regularibus, n. 2. q. 46. n. 8. Quare minus bene Castillo l. 43. Tauri, n. 2. ait expirare gratiam morte concedentis ante litterarum expeditionem.

Secundo deducitur, integrum esse cuiquam in foro conscientiae uti gratia concessa, etsi litterae nondum expeditae sint. Constat ex dictis nu. 2. Si enim ea gratia est in se perfecta, & quoad substantiam, solumque quoad probationem in foro externo indiget scriptura, licebit ea uti in foro conscientiae ante litterarum expeditionem. Sic Abb. Clem. Dudum, ad finem, de sepult. Fel. c. Ex diligenti, n. f. de finima: & rubrica de consi. in 6. ubi Ant. de Burgos num. 152. Rebuff. praxi benef. De signatura gratiae, in princ. nu. 8. 1. De dispens. ad plura beneficia, n. 41. & c. Populastri, in gl. v. Retinere n. 20. de cler. excom. minif. & in concordatis, rub. de mandatis Apost. §. 1. v. Litteras, vers. q. in foro conscientiae, Lud. Gomez regula, De non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 14. v. Brevis praedicti non obstantibus, Gigas de pensionibus, q. 34. n. 6. f. & seq. Mandosius reg. 27. cancell. q. 7. n. 4. Nav. §. In Lovitium not. 26. & c. Accepta, opposit. 8. n. 38. de reser. spol. Masc. de prob. concl. 843. n. 30. & ex Theologis P. Mol. t. 4. de iust. disp. 599. n. 1. Enriquez l. 7. de iudic. c. 20. num. 5. in com. lit. D. c. 21. n. 7. & l. 12. de mar. c. 3. n. 7. Eimm. S. sum. v. Gratia, n. 21. Nec huic sententiae adversantur Petr. de Led. de matr. q. 56. ar. ult. dub. 3. concl. 1. & sum. sacram. ubi de matr. c. 27. in 3. conclusio, Manuel l. 1. sum. in 2. edit. c. 236. f. Vega l. 2. in sum. c. 88. casu 2. prolem enim dicunt dispensationes litteris non concessis minime solvendi in iudicio, nec extra. Quae sunt verba expressa regulae cancellariae Gregorii XIII. quam n. 1. retuli, unde eodem modo explicanda sunt, sicut eam regulam explicabo n. ult.

Quare recedendum est a sent. Hieronymi Pauli praef. Cancellariae t. declaratoria super proponente, seu vocante ingredi. §. ubi Papa concedit, ubi alius citatus est, non posse quempiam tuta conscientia solvere, seu accipere pensionem super aliquo beneficio assignatum, nisi litteris concessis. Quod mens Pontificis concedentis eam gratiam sit sub tacita conditione, si litterae expendantur, contra quam consensus partium nil prodest. At concedit posse in foro conscientiae, si partes certae sint litteras expeditas esse, etsi nondum praesentatae sint. Et idem ait de omnibus commissionibus gratiosis habentibus clausulam requirement informationem, aut causae cognitionem: secus ubi ea non requiritur. Et idem asserit de dispensationibus Lud. Gomez libi contrarius, reg. De non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 9. dicens eas non suffragari etiam in foro conscientiae, nisi litteris expeditis. Sed contrarium in dispensationibus tenent omnes DD. Praeced. allegati. Et pensiones quoque posse recipi, & solvi in foro conscientiae, ubi gratia verbo concessa est, etsi litterae non sint expeditae, docent Gigas, Lud. Gomez, Mandosius n. pra. alleg. Mol. Rebuff. de poss. posses. n. 137. concl. 21. & praxi benef. in sign. gratiae 3. p. n. 11. asserit si inter partes fit conventum, ut concessa per Pontificem pensio solvatur adhuc litteris non expeditis, teneri solvere eum, quia ita convenit. Transactis 6. mensibus a concessione per Pontificem facta, non potest amplius recipi, aut solvi pensio non concessis litteris: quia ita decrevit Pius V. in quodam motu proprio excommunicationem Pontifici reservatum imponens solvendi, vel solutionem recipienti pensionis, quae a tempore semetris illius transacta solvenda erat. Ita retulerunt Cov. sum. q. 266. Man. 2. v. sum. c. 21. n. 9. Vega t. 2. sum. c. 65. nu. ult. casu.

Dupli.

SUMMARIUM.

- Quadruplex est tempus, in quo potest considerari veritas precum, num. 1. An desideretur veritas esse causas tempore, quo mittitur ad dispensationem obtinendam, an potius iustitiae postea verificari, dum Pontifex eam concedit, 2. An desideretur causas verificari tempore, quo conceditur dispensatio Romae, nec sit tempore quo mittitur, vel quando Ordinarius preces examinat. Proponuntur probantia sufficere hoc duplex tempus, 3. Explicatur sententia Auditoris, 4. Qua cautela debent Ordinarii, & confessores examinare preces, 5. Explicatur quotuplex sit dispensationis effectus, & quando sit indivisibilis, 6. Causa impulsiva dispensationis cessante, an cesset dispensatio: & in dubio an sit impulsiva an finalis, 7. An quando causa finalis tempore, quo concessa est dispensatio, fuit vera, an postea cessat, non tamen omnino, evanescat dispensatio, 8. Quid in dubio an cesset causa finalis, 9. An quando dispensatio deducta est ad ultimum effectum, cesset cessante causa, n. 9. 10. Quid quando ad eum deducta non est, & cessat causae veritas, antequam Ordinarius dispense. Refertur opinio. 11. Potestas dispensandi si proceat veritate nitatur, non habet vim dispensationis: & si causa finalis fuit vera tempore, quo Pontifex concessit, at cessat ejus veritas, dum Ordinarius debet exequi, non satis est, 12. Quid si cesset postquam jam Ordinarius dispensavit, at non est ad effectum deducta, aut si deducta sit his potest dividi. Refertur opinio, 13. Explicatur sententia Auditoris, 14. Ut dispensatio summa sit, debet causa finalis verificari tempore, quo Romae dispensatur, & quo Ordinarius vel confessor exequitur: nec debet omnino cessare, donec ultimum effectum indivisibilem sortiatur, 15. Quid, si causa vera sit tempore quo Pontifex dispensavit, & quo Ordinarius exequitur, at tempore inter utrumque medio veritas cessarit, 16. An si postquam Ordinarius dispensavit, nec ad effectum deducta est, cesset causa, ita ut extingatur dispensatio, ut causa redeunte non redeat, n. 17. Quid, si ex dispensatione initium est matrimonium cum voto castitatis, vel religionis, & eo semel inito ac dissoluto cesset causa Remissiva, 18. Satisfit argumentis, 19.

Quadruplex tempus est, in quo dubitari potest, an causa in precibus narrata debeant esse verae? Primum est, quando impetrans mittit Romam. Secundum est, quando Pontifex vel penitentiarius litteras concedit, committens Ordinario vel confessori ut dispense. Tertium, quando Ordinarius vel confessor dispensat. Quartum, quando dispensatione utendum est. Circa primum ergo tempus, existimant aliqui dispensationem esse subreptitiam, quando causa falsa sit tempore, quo missum est Romam, licet vera sit quando Pontifex vel penitentiarius dispensationem committit, & deinceps. Ducuntur, quod cum causa allegata sit dolosa, ac animo Pontificis decipiendi, nec dolus suffragari alicui debeat: videtur contra ejus mentem impetrata, ut pote, qui nullatenus concederet doli conficiis. At huic sententiae non accedo. Quod DD. omnes & textus, quos n. 4. referam, solum causae veritatem tempore concessionis Pontificis attendunt, nec tempus antecedens in consideratione sunt. Adde, clausulam illam in dispensationibus appositam, si preces veritate nitantur, ad id tempus referri, quo Pontifex vel penitentiarius dispensationem concedit: Quia veritatem precum postulat, ne dispensatio a relictitudine deficientis sit dissipata: Ad quod nil referat, an causa tempore praecedenti fuerit vera, nec ne: sed an tunc vera sit. Nec obstant Pontificem fraudis conficiis non concessurum. Quia taciturnitas veri, vel falsi expressio extrinseci, nec conferentis ad dispensationis substantiam, illam non vitiat, quamvis Princeps veritate cognita non dispensare vellet. Ut probavi disp. 21. nu. 18. Hujusmodi autem est veritas causae pro tempore praeterito: eo vel maxime, quod Pontifex denegaret in poenam doli, quam dolosus subire non teneret, antequam libi infligatur.

Secundum tempus est, cum Pontifex vel penitentiarius committit Ordinario vel confessori dispensationem, cum clausula: Si preces veritate nitantur. Atque de hoc tempore dubitatur, an opus sit preces tunc esse veras, an sufficiat pro dispensatione impetranda: vel tempore subsequenti quocumque earum veritas prior aut saltem, hoc posteriori tempore sentus, si preces verae sint, quamvis fuerint Pontifici propositae. At hoc modo verae sunt, nam tempore quo propositae fuerunt, erant verae. Insuper quia cum Pontifex veritatem precum non examinet, nec dispense: sed utrumque com.

Dupliciter autem solet conclusio limitari. 1. modo, nisi gratia illa annexam habeat jurisdictionem: tunc enim est perfectis. Sic tenent aliquid teste Archid. ibi. Limitationem eo quod nullo iure probetur, rejiciunt Archid. ibi. Ant. verbo Gratia, nu. 2. & ibi Sylv. q. 2. Tabiena. q. 5. n. 6. Alex. conf. 107. n. 4. vol. 8. & faciunt ceteri DD. nu. 2. relati, qui abique hac limitatione conclusionem affirmarunt.

Secundo limitari solet, ut intelligatur, quando gratia nil amplius, quam ipsam Principis concessionem desiderat, ut si sit de aliqua obligatione contracta remittenda; alioquin facta confirmando, secus quando gratia, vel privilegium sunt ad aliquid in posterum faciendum, quod absque hoc privilegio non liceret, aut irritum esset: tunc enim non valeret gratia, nec virtute illius ius actus licite, aut valide fieri posset, nisi prius litterae illius gratiae expenderent. Ita Bald. l. Falsus, n. 21. C. de furtis, Molina l. 2. de prim. c. 7. n. 57. Gut. q. canon. l. 2. c. 17. nu. 4. & q. practica l. 2. q. 75. n. 2. Avenda. no. l. 43. Tauri, gl. 1. num. 2. Man. qu. reg. v. 2. q. 48. a. 8. Unde inferit Gut. ea. q. 75. n. 2. & Manuel eod. ad licentiam testandi concessam a Pontifice Episcopus, expirare mortuo eo ante litterarum expeditionem, quod sit gratia ad aliquid accipiendum. Sed optime asser. Mol. t. 3. de iustitia, disp. 599. n. 4. ab hac limitatione recedit, & favent alii n. 2. allegati, qui generaliter conclusionem affirmarunt. Quippe nulli solido fundamento innititur haec limitatio. Et quia constat factis cancellariae regulis validam esse gratiam ad aliquid efficiendum, etsi litterae concessae non sint. At regulae cancellariae gratias has non irritant, sed ad solus fori externi probationem expediti litteras petunt, ut nam. ult. videbimus.

An vero semper ad gratiae probationem litterae haec desiderantur? concluduntur sunt Mascard. de prob. concl. 845. a. n. 21. Zavallos q. practica, q. 722.

11. Conclusio. Dispensatio non suffragatur in foro externo litteris non expeditis: at quando temel expeditur, suffragatur a puncto gratiae concessae, & non solum a puncto expeditionis litterarum: etiam si mortuo Papa, qui eam concessit, litterae expendantur nomine sequentis Pontificis in forma, quia rationi congruit. Itaque si ante finitum iudicium litterae quocumque tempore expendantur, gratia, & dispensatio suffragabuntur, quamvis in principio iudicii solo verbo concessa inveniantur. Quia regulae cancellariae petentes litterarum expeditionem, ut dispensatio suffragetur in foro externo, non petunt a principio iudicii, litteras expeditas esse. Ita Bart. Socinus conf. 41. n. 3. vol. 3. Lud. Gomez regula De non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 5. n. 1. sed non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 5. n. 1. & c. 236. f. Vega l. 2. in sum. c. 7. n. 56. alter Mol. t. 3. de iust. d. 599. n. 1.

Ultima conclusio. Litterae jurisdictionem concedentes iudicibus, qui per eas deputantur, requirunt necesse ante iudicii initium eas expeditas esse, ita ut si iudicium inchoet concessa supplicatione, nondum tamen litteris expeditis & intimatis, est omnino nullum, nec valorem obtinebit, eo quod in iudicii progressu litterae expendantur & praesententur. Constat ex reg. Cancellariae: De non iudicando iuxta formam supplicationis. Item quia cum jurisdictionis exercitium non acquiritur ante litterarum praesentationem, ut probant multis allegatis Mol. de primogenitiis hanc referendus, quidquid antea gestum est, correat defectu jurisdictionis in iudice. Sic Mol. l. 2. de prim. c. 7. n. 56. & 57. Lud. Gomez, & alter Molina, n. 2. ubi eos n. praeced. retuli.

DISPUTATIO XXX.

Quo tempore verificari debeant causae dispensationis, & an postea cessantibus evanescat dispensatio?

alicuius actus, tollendo solemnitate iure requisita oblatulum: & tunc actus gestus in eo loco cum eius loci solemnitate habeat effectum ubique, l. final. C. de testam. aut tollitur oblatulum effectum ubique, l. final. C. de testam. persona iure incapax incapacitatis persone, quia, nimirum, persona iure incapax effectum capax. Et in hoc casu dispensatio non habet effectum extra territorium. Cum ergo solutio matris impedimento per dispensationem, tollatur incapacitas persone ad alia valide, aut saltem licite incendum: non erit integrum ea uti extra dispensationem concedentis diocesim.

17. At tenendum est, eam dispensationem ubique prodesse. Ducor, quia (ut notat Domin. Franc. Chassan. n. p. c. allegati, Decius conf. 207. Pulebrum est dubium, a. n. 2. volum. 2. Probat ad. ad. Monachum, cap. Officij, num. 17. 18. de offic. legati in 6.) quando dispensatur cum aliquo circa aliquam rem, sic distinguendum est. Aut impedimentum consergit ex parte persone cum qua dispensatur; aut ex parte rei ipsius in qua dispensandum est. Quando ex parte persone, tunc dispensatio proprii prelati persone habentis impedimentum porrigitur in quocumque loco: scilicet, quando provenit ex parte ipsius. Tunc enim arctatur territorio dispensantis. Ratio discriminis est, quia in priori casu tollitur persone incapacitas: ac proinde cum ea nullo impedimento affecta maneat, nil obstat ut ubiqueque virtute eius dispensationis capax sit. At in posteriori, cum res illa, ex qua impedimentum consergit, non sit subiecta prelati dispensanti, ut pote, que extra eius diocesim sita est; eius dispensatio non poterit impedimentum se tenens ex parte illius rei auferre. Et in presenti casu impedimentum ad matrem incendum provenit ex parte persone; ergo dispensatio proprii prelati in illo proderit ubique. Atque ita non obstat simile nu. p. c. allegatum, de dispensatione circa beneficiorum pluralitatem, que in diversis diocesis sita sunt; quia DD. ubi allegati adherentes non posse proprium Episcopum, sed eum quoque dispensationem in cuius diocesi situm est beneficium, incurrere eo quod secundum beneficium est illud, quod inducit impedimentum, & ita est dispensatio Episcopi, loci, in quo est secundum beneficium. At Decius & Probatur proxime allegati, Rebuff. in concordanti, ubi de forma mandati Apollolici, super ver. Dispensationum, a. v. s. Quare an dispensatio per legatum, duo dicunt posse Episcopum proprium dispensare in ea pluralitate, dicuntur eo quod existimant impedimentum non oriri ex parte beneficii, sed ex parte persone. Cum enim habeat unum beneficium, non est ad aliud prius retento idonea, c. l. e. u. de p. r. b. in 6. Et ideo hanc sent. fulminant Innoc. cap. Per venerabilem, nu. 3. qui filia sit legit. Et ibi Joan. Andr. n. 6. Card. in 10. q. 2. ubi tractantes de illegitimo cum quo Episcopus dispensat ad ordinem minores, & beneficium simplex, dicunt eam dispensationem ubique prodesse; quia in nullis est prejudicium. At lectus (ajunt Innoc. ibi nu. 2. Joan. Andr. n. 6.) de legitimitate ad bona temporalia; quia id consergit in tertio dampnum. Idem tenet loquens de dispensatione Episcopi cum suo subdito ad edenda lactancia & carnes, dicens ubique prodesse. Navar. lib. 5. consilior. tit. de privileg. in l. edit. cons. 15. in 2. cons. 6. fin. Idem tenet alios referens Bolognetus l. p. r. a. l. n. 36. ff. de iuris. om. iud. cum.

18. Ad argum. nu. 6. proposita respondetur. Ad t. dic. id evincere ob tertio prejudicium: ut ex Innocentio & Joan. Anarea diximus nam. p. c. ad 2. dic. id non esse impedimentum solius persone, sed etiam rei; quia successio in bona temporalia est metienda legibus regni, in quo succedunt: sicut in contrahibus attenduntur leges Regni, in quo celebrantur. Et quia Pontifex nequit his legibus, quia iustitiam, derogare, ideo eius legitimatio quoad bona temporalia non proderit extra loca illi temporaliter subiecta. At in nostro casu provenit impedimentum ex parte persone. Ad confirmationem constat ex num. p. c. ad 2.

DISPUTATIO XXXII.

An si impetrans dispensationem, illi renunciet, possit amplius ea prodesse.

SUMMARIUM.

Proponuntur probantia ubi semel renunciatum est dispensationi, eam non posse prodesse, num. 1.
 Prodest dispensatio, dum superior non acceptaverit renunciationem, 2.
 Quid, si sit dispensatio in voto, vel iuramento: Et quando hæc commutat in votum, vel iuramentum, non potest dispensatio semel acceptata, eligi iterum votum: an possit ad commutationem redire, 3.
 An sufficiat renuntiationem dispensationis acceptari ab Ordinario, vel confessore, cui eius executio committitur, 4.
 An vires amittat dispensatio, si impetrans illam cancellat, vel concedat, 5.
 An si dispensatione obtenta, ut duo consanguinei contrahant, alter vel uterque ad alias nuptias transeat, vel impetret dispensationem ad contrahendum cum alio consanguineo, prestat prima dispensatio, 6.
 Satisfit exigentia, 7.

Videur pars affirmans, impetrantem, qui semel dispensationi renuntiavit, non posse amplius mutata voluntate di-

spensatione uti, siaderi ex sequentibus. 1. quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, reg. Quod semel 25. de reg. iur. in 6. Secundo, nam is quem renunciet, iurique suo renuntiat, ac contradicit, non addit amplius illud allegans, & Probatur, 2. q. 1. c. de his, de accus. Quam periculosum, 2. q. 1. ubi gl. alios textus concordantes allegans, verb. Quam periculosum, male inferit renuntiantem iuri suo id repetere non posse. Ex eo enim quod quis impugnavit, fructum consequi non debet, reg. Ex eo, de reg. iur. in 6. Tertio quia quod semel ab aliquo repudiatum est, redintegrari ab eodem non potest, l. p. c. de condit. instri. Et notat ibi Bald. n. 3. nos. 4. Tandem, quia privilegium amittitur non vi, quasi sit renuntiatio tacita: ergo a fortiori renuntiatio expressa.

Ceterum tenendum est, quamdiu superior non acceptaverit illam privilegium, vel dispensationis renuntiationem, sed in eadem voluntate persistit, quod præsumitur e. Majores, inf. de baptis. l. Eum qui, ff. de probat. post eum qui concedit, non obstat quod impetrationis contradixerit, vel post consecrationem renuntiavit, uti mutata voluntate, ea dispensatione, vel privilegio. Probat ex cap. Litteris, de p. r. b. in 6. ibi Licet it, qui procurator constituitur ad absentem, dicitur presentium sibi suscipere nolle mandatum: hæc tamen nequaquam obstant, quamdiu constitutus in eadem persistit voluntate, ipsum acceptare poterit, quandoquidem placuerit. Per quem textum gl. in ibi, Jo. Andr. Archid. Dominicus, & Franc. ibi. Archid. ad p. r. b. penult. dicitur eisdem renuntientem consentire electioni, posse mutata voluntate eandem acceptare, electoribus in priori voluntate persistentibus. Quod idem de iudice delegato & arbitro, qui semel arbitrium, & delegationem repudiaverit, docent gl. Et idem Dadores ibi, 2. ex doctrina quam amplius duntur gl. penult. c. si ubi absentis, de p. r. b. in 6. Et ibi Jo. Andr. ff. de iur. iur. n. 3. q. 2. d. Dominus n. 16. Francus n. 12. ubi tradit differentiam collationi beneficii sibi absentis factæ, posse re integra mutare voluntatem, & consentire permanente conferente in eadem voluntate. Quod limitant Dominus, & Francus, nisi dispensationem illam acceptet conferens, quia tunc non censetur in eadem voluntate permanere, 3. ex l. Siur. 8. si voluntate, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, ex quo textu constat creditorem, ex cuius consensu pignus venditum est, censeri remittere pignus, si tamen jam venerit, atque ante venditionem posse mutare voluntatem. Quarto, quia vis privilegij, & dispensationis pendet a voluntate superioris concedentis, & acceptatione eius cui conceditur: ergo quamdiu voluntas concedentis manet, quod renuntiationem nondum acceptavit, potest is cui conceditur, non obstante priori contradictione, acceptare. Et constat, quia omnes per quascumque causas nascitur, per eandem dissolvitur. Cum ergo ad privilegij acquisitionem exigatur concedentis, & eius cui conceditur voluntas: similiter ad ejus destructionem utraque desiderabit. Et constat, amplius, quia nil aliud duorum consensum desiderat, ac contractus matris. Et tamen quando alter conjux vere consentit, alter autem fidei, satis est ut matrimonium id convalescat, si altero in priori consensu permanente fides consentiat (ut late probavi l. 2. disp. 32.) ergo ut privilegium, cui quislibet renuntiavit, valeat, satis est nova renuntiantis voluntas superiori manente in pristina voluntate, utpote qui nondum renuntiationem acceptavit. Et ita hanc sententiam tenet Loays de matr. Regis Anglie, dub. 12. n. 28.

Hoc tamen intelligerem, nisi dispensatio esset circa votum, vel iuramentum. Nam si dispensatione fidei perfecte concessa, is cui conceditur renuntiet illi etiam actu solo interno, non posset amplius ea uti: sed teneretur ad prius votum, vel iuramentum. Ratio hujus est, quia cetera vincula non potest sibi imponere is, cum quo in eis dispensatum est, nisi accedat superiori auctoritas. Et ideo quantumvis ipse nolit uti dispensatione jam semel acceptata, vel nolit acceptare, potest superiori manente in pristina voluntate resiliere. At quamvis semel dispensatio concessa sit in voto, vel iuramento, potest sua sola interna voluntate his vinculis iterum obligari Deo. Quod facit, quando deliberata voluntate eligit renuntiare dispensationi: nullus enim alius est sensus hujus renuntiationis, nisi volo redire ad priorem voti obligationem, seu illo voto, quod per dispensationem extinctum erat, denovo obligari: ac perinde est, ac si tunc denovo id voveret. Ac dispensatio prior non concessa est nisi ad votum ante illam emissam. Et ideo non erit jam huic renuntians integrum ea dispensatione uti, Dixi autem quando perfecte concessa est dispensatio; quia si non sit perfecte concessa, qualis est commissio, quæ solet a Pontifice expediti, ut Ordinarius dispenseret in voto castitatis, vel religionis: vel a penitentiario, ut confessor in eis dispenseret, & si iscum quod dispensandum est, ei privilegium renuntiet, potest mutata voluntate eo uti, antequam superior renuntiationem acceptet: quia est privilegium quoddam, ut cum hoc dispenseret in eo voto, & licet sæpe multiplicetur id votum, antequam Ordinarius, vel confessor utens ea commissione dispenseret, non est nova obligatio, sed eadem repetita, & ideo virtute ejus commissio potest in eo dispensari. Ea autem commissio, utpote quæ non a sola mea voluntate pendet, non potest sola mea renuntiatione extingui, antequam superior illam acceptet. Ex quo fit, licet integrum sit votum cui votum commutatur est, relicta commutatione eligere ad prius votum redire (ut diximus disp. 9. nu. 21.) at ubi eligat votum prius, non esse ei integrum iterum eligere commuta-

mutationem illam, quia cum jam priori voto ligatus sit, non potest illud propria auctoritate commutare: nisi votum illud esset ex non reservatis, atque commutato prius facta esset in rein meliorem, aut evidentem æqualem; tunc enim posset ad priorem commutationem redire, quia verior sententia habet (ut traditur in materia de voto) posse quempiam propria auctoritate commutare votum in melius, aut evidentem æquale.

4. Sed dubitari poterit, quoniam sit superior renuntiationem gratiæ acceptaturus, ut deinde non prolinit? Posset quæ existimare esse Ordinarium, ut Confessorem, cui Pontifex, vel penitentiarius committunt dispensationis executionem cognita precum veritate, quia quamvis dispensatio dimanet a Sede Apostolica, executio per hos fit. Item quia potest Episcopus beneficii renuntiationem acceptare, quamvis ejus collatio sit Pontificis; quia hæc potest ad diversos superiores pertinere, ut tradunt Gloss. Clem. unic. verb. Conferatur, statim in principio, de rerum permutat. Et ibi Imola nu. 9. Navar. cap. Accepta, op. post. 7. nu. 30. de restit. spoliat. At existimo solum eum superiorem, a quo gratia hæc emanat, posse hanc renuntiationem acceptare; quia valor ejus gratiæ ab illius voluntate pendet: ergo quamdiu ille in eadem voluntate persistit, potest is cui conceditur resiliere & acceptare, hoc enim solum ad plenum gratiæ valorem desiderat. Secundo, quia cum potestas illius Ordinarii, vel Confessoris, limitata sit ad cognoscendum de veritate precum, & ea in ventura exequendum, non possunt renuntiationem acceptare, ne suæ potestatis limites excedant. Tandem quia is, cui ex privilegio, vel consuetudine incumbit conferre beneficium, nequit illius renuntiationem, aut renuntiationem acceptare: sed is solum cui iure ordinario collatio competit, ut citato Federico docet Rebuff. p. r. b. ubi de forma vicariatus num. 108. Cum ergo Ordinarius, vel Confessor, ex solo illo dispensationis relicto, comparat examinare preces, & dispensationem exequi, nullum jus habeant admittenda renuntiationis dispensationis, ut ex tunc viribus destituta maneat.

5. Hinc deducitur, non destitui viribus dispensationem, etsi is cui conceditur, literas cancellat, concidatve; quia hoc solum illius renuntiationem importat, quæ dum non est a superiore acceptata, minime vim dispensationis emittit. Deinde quia esto ad dispensationis valorem expediti literas desideret: at ubi semel literis expeditis concessa est, non pendet ejus firmitas a literarum conservacione.

6. Secundo deducitur, quid dicendum sit, quando dispensatione obtenta, ut inter duos consanguineos matris. inearit, alter vel uterque alius nuptijs copulatur, relicti illi ad quas dispensatio obtenta est: an possint vidui effectui, juxta inter se matrimonio virtute prioris dispensationis? Partem negantem suadent, quæ dixi lib. p. c. ad 2. disp. 42. num. 8. Sed verus est eam adhuc valere. Quod probant ea, quæ eadem disp. 42. num. 9. attuli. Cum enim semel ablatum sit id consanguinitatis impedimentum, & illi habiles effectui sint ratione dispensationis præterite, non est cur ratione sequenti matrimonii impedimentum illud revivificet. Nec obstat tacita ea renuntiatione per transitum ad alias nuptias induta, quod ea non fuerit a concedente acceptata. Imo idem sentio quamvis impedimentum nondum sit ablatum: eo quod Ordinarius vel Confessor, cui dispensationis executio est commissiva, nondum illam sit executi; quia cum tacita illa renuntiatione non sit acceptata, non perit facultas illa ad exequendam dispensationem. Quando vero alia dispensatio ad posterius matrimonium impetrata est, an prior evanescat dixi disp. 22. nu. 19.

7. Ad argumenta num. 1. proposita respondetur, ea omnia præter ultimum procedere, quando renuntiatio est perfecta, ac consummata: eo quod a superiore sit acceptata. Ad ultimum dic per non utiam legitime præscriptum amitti privilegium, non quasi per renuntiationem, sed per legitimum præscriptionem iure inducram.

DISPUTATIO XXXIII.

An privilegium, seu dispensatio semel concessa possint revocari, & ita revocatione extingui?

SUMMARIUM.

Privilegium gratis concessum a Principe potest absque causa revocari, num. 1.
 Quid, si per id sit dominium aliquod acquisitum, 2.
 An privilegium in contractu transiens, possit absque causa revocari; Et quæ sit justa causa: Et an presumatur ea; 3.
 An privilegium causa remuneracionis concessum, possit absque causa revocari, 4.
 An privilegium non subdito concessum possit revocari, 5.
 An si Princeps suam jurisdictionem concedat, possit revocare, 6.
 An superior delegans facultatem aliquam possit revocare absque causa, Et quid de superiore ipsius deleganti; 7.
 An revocatio generalis sufficiat ad revocandum privilegium per modum contractus concessum, 8.
 An Princeps ex justa causa revocans privilegium per modum contractus concessum, teneatur ad aliquam compensationem, 9.
 An privilegia Bullæ suspendantur per jubileum, quæ vigesimo quoque anno solet concedi, 10.
 Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

An dispensatio concessa a superiore circa ejus legem possit ab ipsius causa revocari, 11.
 Quid de dispensatione concessa ab inferiori in lege superioris, num. 12.
 Quid de dispensatione concessa a Pontifice pro foro externo, 13.
 Quid de concessa a Penitentiario pro foro conscientie, 14.

DE hac re latissime Felin. & DD. juris Pontifici c. Novit, de judic. & DD. juris Cælarei, l. Quod semel, ff. de decretis ab ordine, & l. Qui se parit, c. de bono possess. unde liberi, Bolognetus toto cons. 3. Matien. lib. 5. recop. tit. 10. l. 6. tota gloss. 1. apud quos potest latissime questio hæc videri. Et tantum aliquas conclusiones breviter statuam. I. Conclusio. Quando privilegium est omnino gratis a Principe concessum, potest absque causa ab eo ejulve succedere revocari. Quod ea concessio a mera ejus voluntate pendat. Atque ita multis citatis docent Felin. c. Novit. n. 8. 9. Et 10. de judic. Matien. diu. gl. 1. num. 5.

Temperanda tamen est, nisi per privilegium illud fit acquisitum aliquid de jure gentium: nempe dominium alicujus rei. Tunc enim cum sit jam jus quæsitum, nequit absque causa revocari: ut si Princeps castrum aliqui donavit, sic Felin. eodem c. Novit. num. 8. Matienzo alios referens eadem gl. 1. n. 6.

II. Conclusio. Quando privilegium transit in contractum, nequit absque justa causa revocari per Principem, ejulve successorem: at existente justa causa potest. Ut si pretio recepti privilegium concedat, vel obsequium aliquod exhibuit, vel in posterum exhibendum ab eo cui privilegium conceditur. Ratio est, quod Princeps suo contractu attingatur, ac per illum sit jus plene acquisitum tertio. At juri alteri acquisito nequit absque causa legitima præjudicari. Et ita docet Felin. cap. Novit. num. 8. de judic. Alex. toto cons. 101. & maxime num. 5. vol. 1. Ruin. cons. 130 n. 19. vol. 5. Jafon. l. Barbarus, nu. 34. ff. de offic. prætor. Bolognetus cons. 3. nu. 16. Navar. 5. in Levitico, notab. 28. num. 7. Anton. Gabr. tom. 3. communium, lib. 3. tit. de jure questio concl. 6. n. 10. Et 19. Burgos de Paz in proemio legum Tauri, num. 336. Anton. Cucus lib. 1. instit. majorum, tit. 6. n. 110. Matienzo lib. 5. recop. tit. 10. l. 6. gl. 1. nu. 9. Et 19. & multi alii quos hi referunt. Hanc autem justam causam debere esse, quæ publicam utilitatem respiciat, probat ibi Matienzo 11. & eam non præsumi in Principe probat ibidem num. 16. ubi & alios refert.

Hinc inferitur, non posse Principem absque causa justa revocare privilegium in meritum remunerationem alicui concessum, quamvis sola gratitudinis lege remunerari debita esset. Quod non gratis, sed per modum contractus censetur concessum. Sic Felin. c. Novit, num. 12. de judic. quamvis num. 8. fin. allegato Armino, dubitatur.

Secundo inferitur, privilegium non subdito concessum, & ab eo acceptatum, non posse absque causa revocari; quia videtur transire in contractum. Sic Felin. eodem c. Novit, n. 8. Et 10. Matienzo eadem gl. 1. n. 4.

Est tamen conclusio limitanda. Nisi Princeps suam jurisdictionem concesserit: tunc enim potest sine causa revocare; quia concessione intelligitur temper excepta superioris auctoritas. Sic Bald. l. Qui se parit, nu. 24. C. de bono possess. unde liberi, Felin. eodem c. Novit, nu. 8. v. s. Quod tamen limita, Et nu. 9. limit. 1. Perge, de jure testis, l. 1. t. 3. n. 31.

Hinc optime dicit Suar. A. tom. 3. p. disp. 26. sect. 3. n. 3. inferiorum qui delegavit facultatem, potest suo arbitrio absque alia causa revocare, non solum valide, sed etiam licite per loquendo; quia utitur jure suo, & quasi re propria. Subdit tamen (& bene) superiorem delegantem non posse absque causa revocare, quod injuria irrogetur ipsi deleganti, privando eam absque causa jure delegandi, quod ex iura jurisdictione ordinaria habet. Et ideo (ait) manifeste injusta revocatio esse posse, ut videretur nulla. Sicut si superior vellet injuste, & sine ulla causa subditum privare munere suo, nil valde efficere.

Duo tamen observanda sunt. Primum est, non sufficere revocationem generalem ad censendum revocatum privilegium per modum contractus concessum: sed opus est expressa mentione saltem generali ejusvisus indulti concessi per modum contractus. Ut allegato Cardinali tenet Suar. alleg. 9. nu. 9. Arzobedo lib. 1. recop. t. 3. l. 14. nu. 43. Et ratio est, quia non præsumitur revocandi voluntas, quando ea Tertii jus auferit, ut late probat Bolognetus cons. 2. num. 37.

Posterius est, teneri Principem ex justa causa revocantem privilegium, quod in contractum transit recompensationem facere dato æquivalenti, ut multis citatis probant Bolognetus cons. 3. nu. 16. Matienzo lib. 5. recop. t. 10. l. 6. gl. 1. nu. 13. & est textus expressus in hoc regno, lib. 2. fin. t. 1. part. 2. & ibi docet Greg. Lop. v. Buen cambio.

Atque huic defensi anno 1600, non suspendi Bullam Cruciatam anno jubilei, quod olim centesimo quoque anno concedi solebat, nunc autem vigesimo quoque quinto anno. Cujus contrarium supponit Navar. 5. in Levitico, notab. 33. num. 3. v. s. Personi. Quamvis ipsem testat. 28. num. 20. fateatur non suspendi per Extravagantem Sixti V. in qua id jubileum olim concedebatur. Et ratio discriminis est, quod ea Extravagans solum communitatis facultates concessas suspendat. Cum tamen Bulla Cruciatam singularibus personis concedatur, ut bene docet Manuel quest. regularibus, l. 1. quest. 61. cap. 14. v. s. Tertio. At Gregor. XIII. & Clem. VIII. qui duos